

www.e-rara.ch

In Des. Erasmi Roterodami funus, Dialogus lepidissimus

Landi, Ortensio

Basileae, 1540

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: DC VIII 3:7

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9298>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

7.
IN DES ERASMI
ROTERODAMI FVNVS,
Dialogus lepidiffi-
mus,

Nunc primum in lucem editus.

BASILEAE,

M. D. XL.

[Hort. Laudo]

INDEX

1800

1801

1802

1803

BALLET

1804

DESIDERA SMI

FVNVS, EXCERPTVM EX

FAMILIARIBVS CONGRESSIBVS PHI-

lalethis ex Vtopia Ciuis, ad FORTVNATVM

MARTINENGVM, multis nomi-

nibus illustrem, Comitem Bri-

xianum.

A NIANVS. ARNOLDVS.

AN.



ALVE Arnolde ami-
corū suauissime, atq;
omnium hominum,
qui uiuant, officiosis-
sime. A R. Tu quoq;
salue miAniane, quē

boni omnes ob præstantiam in literis,
& incredibilem morū suauitatem, uel
suo incommodo saluum esse cuperēt.

AN. Quid est, quòd iam diu nusquam
te uidi: torsisti tu me quidem desiderio
tui nimium acriter: nam cum te uita ca-
riorem semper habuerim, de tuisq; or-
namentis perpetuò cogitauerim, non

A 2 pote-

poteram non esse ualde sollicitus. AR.
 In superiore Germania fui. AN. Tam
 longe? Sed quibus in Germaniæ locis
 tam diu egisti, nostri, qui te in oculis
 ipsis ferimus, planè oblitus? AR. Ar-
 gentorati. AN. Argentorati non cer-
 te mirum, si redeunditâta inferebatur
 mora: est em̄, ut de multis audio, urbs
 illa cum opibus & studijs ingenuarum
 artium, tum etiam ubertate agrorum
 ac ædificiorum pulchritudine maxime
 florens. Sed utinam me tibi comitem
 adiūxisses, nam si tibi, ut erat in animo,
 comes hæsissem, licuisset doctos homi-
 nes publicè bonas literas profitētes au-
 dire, licuisset etiam uidere infinitos
 Theologos de summa persuasionis no-
 stræ incredibili modestia & æquitate
 differētes, quod alij nō faciunt Theolo-
 gi, quos Matæologos & rabulas, meo
 quidē iudicio, rectius appellaueris. Sed
 dic (rogo) ut ualet Erasmus? Ecquid
 nouarum elucubrationum ab illo no-
 bis affers? noui enim fœcundum homi-
 nis

nis ingenium et absolutā eruditionem.
A R. Vtinā tam rectē ualerē ego, quem
 certum est ad omnes erumnas atq; acer
 bitates sustentari: tantisq; fruere uolu
 ptatibus, quantis ille nunc fruitur. **A N.**
 Agē, quibus potest frui uoluptatibus
 rancidulus & capularis senex? Verūm
 quid, quid te natura hilariorē uberius
 nūc flentē cōspicio? **A R.** Nihil est. **A N.**
 Dic (quæso) si quid aduersi obtigit: tri
 stior es enim multo, q̄ dudum. **A R.** Ni
 hil profectō est, quod me male habeat,
 ne roges, quæso, amplius. **A N.** Nescio
 quid mali præfagit animus: dic amabo,
 si quid accidit infortunij cui ego uel cō
 silio (quanq̄ non admodum abundo)
 uel re ipsa mederi possim. **A R.** Hei mi
 hi, luculentam plagam accepit mea Ger
 mania, & quod durius est, præter spem
 omnem. **A N.** Quis plagam inflixit?
 Quis tam audax & ferox qui bibacissi
 mæ Germaniæ, uolui dicere bellacissi
 mæ (semper hīc erro) uulnus inferre sit
 ausus? **A R.** Næ parum ciuilitate, & ut
 bene

bene moratū decet hominem, mecum
 nō agis Aniane, qui mihi, meaꝗ Ger
 maniaꝗ in lachrymis et squalore uersan
 ti, sic aperte illudas. A N. Ne, amabo
 te, mihi succenseas: nam si quid pecca
 tum est, lubricitate linguæ, non animi
 nequitia peccatum scito. Dic itaque, si
 me amas, uel si te à me amari existimas,
 quis plagam inflixerit, quis ue tantam
 inuexerit calamitatem, ut te, hominem
 grauem, ac planè Stoicum, ad lachry
 mas impulerit, tantaꝗ tristitia imple
 uerit. A R. Is inflixit, cui nemo quan
 tumuis neruosus, etiamsi maximè con
 nitatur, non queat tamen ullo modo
 obsistere. Sed heu me miserum, lumen
 amisit, ac sua præclara ornamenta per
 didit mea Germania, ea nunc tota squa
 let, & (quantulacunq; est) in sordibus
 & luctu iacet: unius enim hominis fa
 to, tota misera infelicitè corruit. A N.
 Fer, quæso, placidè & sedatè dolorem
 istum: aliquid fortasse leuamenti ex in
 sperato ego tibi attulero, quanꝗ homo
 sum

sim per exigua autoritate, nullaq; gratia. A R. Mitte, mitte hanc ex animo tuo curā, atq; istam, quam mihi tam benigne polliceris, operam in aliud tempus differas suadeo, siquidem nulla unquam dolori meo afferri poterit abs te leuatio: nā & illud quam plurimi, mei supra quam dici queat amantissimi, conati sunt, neque efficere potuerunt, ut uel tantillum imminueretur. A N.

Cur non? A R. Quoniam morbus in dies magis ingrauescit, atque iam iam in intimis uisceribus & medullis radices suas egit. A N. Agē, si me amas carumq; habes, quid istuc mali est: hui, sanē perfortiter, lachrymulae ueluti puerulo cadunt. O uirum Sparta dignū, o hominem fortem & intrepidum.

Vide quid agas Arnolde, quum tantopere perturbaris: nam ex perturbationibus morbi conficiuntur plurimi, quos tu nulla arte pellas nullo que praesidio remoueas, ubi semel irreperint.

A R. Res, quae me adfligit, tanti mo-

A 4 ment

menti est, ut lapides mehercule flere
 ac lamentari cogat: dicam tamen quid
 hoc rei sit, et si nullam turbulento hoc
 tempore expecto consolationem: quin
 uereor potius, ne tristis hæc & acerba
 commemoratio dolorem meum, quem
 imminutum cuperem, magis adau-
 geat. Sanè ualde miror, quur toto ter-
 rarum orbe fletus gemitusq; non fiat:
 mirari cogor pariter, cur huius uiri inte-
 ritum, immortalia superum numina
 quæ nihil unquam latuit, significatio-
 nibus plurimis atque clarissimis non
 concelebrauerint, & cur interiturum
 hominem longè omnium maximum
 atque præstantissimum non denun-
 tiauerint. Minus enim moleste quic-
 quid procellæ ingruisset, pertulissem,
 cum illa semper mitius nobiscum agat
 quæ præuidentur. Profectò uiri claris-
 simi calamitas sic uocem meam fletu
 uberrimo debilitauit, & mentē dolore
 impediuit, ut uix apud me sim, uixq; pe-
 dibus miser consistā: AN, Si flere per-
 gas,

gas, nō ero hīc diutius: expedi, quid tē
 tam duriter sollicitat, nisi fortasse cupis
 nulli calicē impingi, ut opplorare alii
 quando desinas. Quin tu actutum nar
 ras, quis nam hic, quem ui fatorum ex
 oculis tuis ereptum tantopere doles.
 Fortasse & ego, qui non omnino fer
 reus sum, meas lachrymas quasi dona
 ultima inferiasq; elargiar. A R. Nar
 ro. Extremum uitæ suæ spiritū edidit
 Erasmus. A N. Id ego certē suscipa
 bar. Sed cohibe, quæso, lachrymas, ac
 ordine rem omnem narrato mihi: non
 enim satis à me cognitus erat. Legi ta
 men nonnulla eius hominis scripta,
 quanquam timidè & diffidenter: per
 crebuerat enim non incertis autoribus
 rumor, ex eius fontibus hausisse Luthe
 rum, quē S. P. Q. R. damnauit, quic
 quid dogmatis suis immiscuisset scri
 ptis. A R. Fiet quod iubes. Non dubi
 to ego, quin fama saltem cūctis notus
 esset hominibus, posteaq; suæ uirtutis
 opinio totā ferme perualisset Europā.

A 5 Vir

Vir em̄ fuit, pietate, doctrina, & quod
 tu nō crebrō in literatis hominibus cō-
 spicias, urbanitate multa admirabi-
 lis. Is rem literariam à fœdissima barba-
 rie tanto labore, tantoq; sudore vindi-
 cavit: is præclara doctissimorum monu-
 menta, & à mendis, quibus turpiter de-
 formata erant, perpurgauit, & summa
 cum laude in uulgus emisit. Nunc au-
 tem, tēpore præsertim tam alieno, ani-
 mam, qua nulla unquā fuit generosa
 magis, rātisq; uirtutibus illustrata, ef-
 flauit, in beatorūq; sedes, quas ab ipso
 orbis initio Deus opt. max. illi destina-
 rat, rectā conuolauit: quod certē non
 contigisset, si uel tenui hæreseos suspi-
 cione imbuta fuisset. Paulò uerò antea
 quàm moreretur, de tribus animorum
 uehiculis, deq; ipsa immortalitate mul-
 ta memoriter & iucūde narrauit. Duo
 enim (ut ego quidem suspicor) illum
 multis doloribus oppressum, in tanta
 alacritate retinebant, rectē factorum
 conscientia, & æternorum præmiorū
 cer-

certa expectatio. Hæc illi dulcem & optabilem ipsam mortem, quæ alioqui formidolosa esse solet, efficiebant.

A N. Ego tibi hac in re fidem quam maximam habeo: sed tu tamen, cur illum obiisse diem sic dolenter ingemiscis? An non illum mortalem parentes ipsi genuerant? Vah, quid istuc est: quasi nescias Arnolde, commorandi tantum, non diutius incolendi sedem dedisse nobis naturam.

A R. Genuerant quidem (non enim inficiari, si uelim, possum, esset enim hominis cum stulti, tum impudentis) fieri tamen nulla ratione potest, quin illius acerbissimum casum grauer lugeam, & ualde ingemiscam tam repente uirum optimum ex hac uita, quanquam ærumnosa, migrasse: cuius interitu magnum medijs fidius res Christiana damnum fecit. Etenim illo sublato, iucunditates omnes abiere. Lugent nunc bonæ artes, tam deserto patrono destitutæ: squalent sanctiores literæ, quas ille sem-

semper religiosissime coluit, moerens
 pullataque incedunt Musae, quas ueluti
 sacrosanctas ex animo uenerabatur.
 A N. Desine flere, & meliore ordine
 inceptam narrationem absolue. A R.
 Modò ut possim. Etenim metuo, ne
 doloris acerbitas memoriae sensum om-
 nem auferat. Itaque quum iam supre-
 mum aduenisse diem diuinaret, illis ac-
 cersitis, quos suis consilijs intimos ha-
 bebat, narrat iam horam aduenisse, qua
 ex hac uita, tanquam ex uinculis, in coe-
 lestem patriam, quam semper adama-
 uerat, commigret. Testamentum sic con-
 ficit, ut nullum unquam, neque nostra, neque
 patrum memoria sanctius confectum
 fuerit. Lustricam peccatorum confessio-
 nem adhibet, mysticum panem assumit,
 in Deum opt. max. cogitationes omnes
 confert: non se, non sua amplius pec-
 cata, quibus fortasse nimium perterre-
 batur, respicit: Christum solum cogi-
 tat, illumque habet ob oculos. A N. Ego
 certe non uideo, nec agnosco quibus

rationibus permoti nonnulli, tam præ
 fractè affirment Erasmus Lutherana
 rum esse partium . Siquidem crimina
 sacerdotibus confiteri in aurem , nec
 ipsi consuevere , nec alijs etiam , qui se
 in illorum disciplinam tradunt, præci-
 piunt. A R. Quasi nescias in quæ du-
 ra tēpora inciderimus: quasi tu nescias
 nihil æquè nos oblectare, ac ipsum ca-
 lumniandi studium, quo toti flagra-
 mus: quasi tu homo cautus & prudens
 ignores omnia mendacijs, calumnijs,
 & imposturis plena . Sed redeo unde
 sum digressus. Cùm suos familiares tri-
 stes cerneret, habereq; oculos lachry-
 mis suffusos, leniter subridens, illa sua
 exili uoce in hanc sententiam loqui cœ-
 pit: Quid est, quòd uos tam tristes in-
 tueor: hoc cine est Christiani animi in-
 dicium, eos lugere, qui caducam hanc
 uitam cum multo meliore sint commu-
 taturi: Facitis profectò istis lachrymis,
 ut uos mihi meliorem conditionem na-
 sto inuidere suspicer: facitis profectò
 istis

istis lachrymis, ut meae lætitiæ, ueluti
 oborta ægritudine, nescio quomodo
 contaminentur: facitis profectò istis la-
 chrymis, ut mihi suspicio inijciatur de-
 sperare uos, homines alioqui religioni
 usque deditos, de illa mortuorum exci-
 tatione, quam diuinæ literæ multis in
 locis tradiderunt. Cur me, non morien-
 tem, sed abeuntem fletis? cur me in ea
 loca migrantem, quæ meus semper cõ-
 cupiuit animus, uestris lachrymis pro-
 sequimini? Quum hæc diceret, oculos
 habebat ueluti inflammatos, atque in
 cœlum sublatos: sacros libros præ ma-
 nibus tenebat, nunc de cõtemptu mor-
 tis, nunc de spernendis diuitiis agens,
 omnes hortabatur ad tolerantiam; in-
 cendebatq; cœlestium rerum cupidita-
 te. Quid plura commemoro? prius-
 quam decederet, nihil earum rerum
 omisit, quæ à Christianis hominibus
 proficisci solita sunt. Sed est quod me
 multo plus torqueat. Ad eius enim in-
 speratam mortem, quasi nouæ ægrimo-
 niæ

niae amplius aliquis relictus fuisset locus, accesserunt etiam monachorum in mortuum Erasmus contumeliae multa, & insignes iniuriae, quae me etiam desolatum magis & moerentem reliquerunt. A N. Mira tu quidē affers, Sunt igitur tā impij monachi, ut defuncti Erasmi nulla sint misericordia commoti & perculsi, quos sacris concionibus tam saepe iuuit, ac diuinis praecipionibus saepissime confirmauit, quorum certē uitam decuisset illius morte sempiterno luctui deditam esse? Ego uerō istuc persuadere mihi nunquam potuissem, tā crudeles esse monachos, quos iā tot secula sanctos credidimus, ut in illos saeuāt, i qui iam lucis usuram reddiderint. Vide tamen, ne erres, aut falsum nuntiatum tibi sit. A R. Sunt, mihi crede, ipsissima impietas Germaniae monachi. Cū primū enim rescitum est, extremum efflauisse halitum, uidisses illos bacchātes, multo uino madidos, canora uoce boare, & de illius

illius exoptata morte cum mulierculis,
 quas ex stultis insanas faciunt, quasq;
 miris ad se prolectant fraudibus, mul-
 tisq; technis miserè circūueniunt, exul-
 tantes, seseq; immoderatè iactantes,
 quasi triumphum agere. Iusta uerò cū
 antiquo sacrorum ritu persoluerent, ri-
 debant inuicem, mordebant acriter, &
 in mediā templi parte collocatum, in-
 numerabilibus circumfusum lumini-
 bus intuebantur. Quoties uerò de mo-
 re precanda erat requies, aspergillum
 in manibus tenentes, scriptum temerè
 sic inuertebant: Requiem æternam
 nega ei domine Deus, & lux perpetua
 nunquam illucescat illi. AN. Quid
 ego audio? O impios, o malè sanos, o
 sacrilegos homines: nō saltem diuinas
 literas reuereri, cū cætera semper in-
 quinetis? Quæ uos corripuit insania?
 quis adeò uobis mentem abstulit? AR.
 Illi neq; quid sanctum, neq; quid iustū
 sit, norunt: peruertunt, corrumpunt o-
 mnia, & ueluti nouæ quædā Harpyiæ
 nuper

nuper ab inferis excitatæ, ipso foedissimo
 contactu polluunt. Nihil, mihi cre-
 de, illos delectat, quod aut per naturã
 fas sit, aut per leges ullas liceat. Habita
 est postremò ab adolescente gratio-
 so et splendido funebris oratio, in qua
 luculenter & splendido cùm senten-
 tiarum tum uerborum apparatu, om-
 nem eius uitæ cursum nõ sine admi-
 ratione eorum qui aderant, explicuit,
 & quæ sic doctis hominibus ob elegãs
 artificium, uerborũ puritatem, ac sen-
 tentiarum grauitatem placuit, ut eam
 quotannis recitari sanctissimo decreto
 statuerint. Cõmendabat facundus ora-
 tor hominis castitatẽ: illi submissius ob-
 loquẽtes, ne fortẽ à quopiã exaudirentur,
 indecẽ, ut sæpe fit, tragœdiæ excita-
 rentur plurimæ, turpissimã libidinem
 obijciebant. Efferebat Christianã, qua
 certẽ maximẽ pollebat, pietatẽ: illi plus
 q̃ hæreticum atrociter criminabantur.
 Frugalitati luxum opponebant. Cùm
 uerò modestiæ & uirginei cuiusdã pu-

B

doris

doris amplissimis uerbis laudare, in-
 quissimi laudatores par pari referentes,
 quod nos morderet, petulantem, proca-
 cem, salacem, & nullo ferme pudore fuis-
 se dicuntur. Sed hec nihil propemodum
 sunt præ his, quæ tibi (nisi moleste au-
 dis) paucis etiã commemorabo. A N. Ni-
 hil mehercules audio cupidius: quare
 desine timere mihi molestus esse. Quæ
 enim satietas potest à mellitissima oratio-
 ne tua oboriri, quæ tam sedate et leniter
 fluit, ut nihil magis? A R. Perfectis exe-
 quijs, quæ eiusmodi sanè fuerunt, ut ho-
 norificentiores non queas ullo modo ex-
 cogitare: atrati enim erant docti omnes, ca-
 dauer ipsum nobilium humeris in tem-
 plum est delatum, pullata ueste induti comi-
 tabant, quotquot in urbe docti nume-
 rantur: uirgines passis capillis, ac mul-
 tis rosis coronatæ in funus prodibant,
 neque domi uiduas, cæterasque honestas
 urbis matronas ociosas mansisse credas:
 nullus uir, nulla foemina aberat. Sed
 quid iurat tam immesos impedisse ho-
 no.

nores? Posteaq̄ monachi alto noctis ob-
 latio monumentū illud, quo tāto cū bo-
 norū omniū dolore cōditus fuerat, clam-
 culū resignarūt, et miserū illud cadauer
 longo consumptū morbo miseris mo-
 dis lacerarūt, linguā disertā, et planē au-
 reā, qua cū tam egregiē, tam deartacula-
 te de secretioribus mysterijs disserebat,
 qua cū omniū nationū linguas felicissi-
 mē nō putidē pronūciabat, absciderūt:
 neq; hoc cōtenti, gypsatissimas manus,
 & si opus fuisset, ad eliciēdos neruorū
 actibiarum sonos mirandum in modū
 aptas, crudeliter amputarūt. A N. Cru-
 dele spectaculū. A R. Nihil potest cru-
 delius cuiusq̄ cogitatione cōprehendi.
 Dij boni cur mihi nō licuit manus illas
 attrectare, in sinu fouere: manus inq̄ il-
 las, quibus literarū monumētis tot salu-
 taria præcepta cōsignata fuere: cur deo
 seculari nō licuit: ne his flagitijs sedari,
 aut extingui potuit illa nepharia mona-
 chorū rabies. Etenim oculos, quos ha-
 buit plusq̄ Lynceos, qui nulla studiorū

affiduitate obtundi potuerāt, quibus exhilarabat quotquot obuiam habuisset, eruerunt. Crura, quæ per se admodum exilia erant, minutim fregerunt: comminuerūt brachia, & (si uera mihi nunciata sunt, ut omnino uera affirmare non dubitarim) dissipatū, & penè cōtritū corpus in cloachā supra modum cœnosam, ruderibus plenā, abiecerūt. Verū prius circū ipsum corpus saltantes, ueluti sacerdotes Saliij, alternis uersibus huiusmodi cantilenā ululāti inclināq; uoce, Asiatico more cōcinebāt:

Lude nunc nos, si potes, Erasme.

Lacera nos, si potes, ò transfuga.

Morde nunc nos, si uales, lucifuga.

Transfige nos, si licet, Erasme.

A N. Mirandam tragœdiam mehercule narras, & quæ uix crederetur à me, nisi abste, homine maximè uero, narraretur. Bone Deus, quæ mens effêrator, aut qui crudelior animus excogitari posset: nullos unquã ego puto, uel Thebis, uel in ipsa etiam Sicilia inhu-

ma-

maiores extitisse tyrannos: & ij sunt
 qui caeteris postea misericordiam ple-
 no ore praedicant, ij sunt nostri moru
 magistri, ij sunt Christiani orbis gra-
 uissimi illi censores. Dij malefaciat tam
 pestilenti hominum generi, dij sic per-
 dant, & eradicent, ut omne semen inte-
 reat, nec usquam amplius pullulet. A R.
 Maiora intelliges, si sit ociu: quo fit ut
 a dolore mentem, & a fletu oculos abdu-
 cere uix possim. Curarant de symbolis
 adolescentes aliquot clari & generosi
 spiritus, quod gratiam, et accepta benefi-
 cia memori saltem mente persoluerent,
 sacellum miro exaedificatum artificio,
 in illius honorem erigi: illud sunt fu-
 rijs agitati, una nocte ita demoliti, ut so-
 lo propemodum aequarint, tanti po-
 stea flagitij culpam omnem in cacoda-
 mones callide nimium transferentes.
 A N. Crudele facinus, acinauditum
 scelus. Sed unde nam tam graues in-
 tercesserant inimicitiae: unde tot sunt
 obortae similtates? A R. Dicam, po-
 B : stea-

7
 stea quod id me tam cupidè rogas. Flagellat
 Erasmus illis suis scriptis, quæ Isocratis
 & Aristotelis pigmenta omnia cōsum-
 psere, non minus asperè malos mona-
 chos, quàm faciat uester ille diuus Aretinus
 malos Principes: atque hinc illæ lachry-
 me, hinc illa orta est tam uehemens ani-
 morū perturbatio. A N. Si nihil aliud
 est, non satis, meo quidem iudicio, cau-
 sa erat uel ad leuiter irascendum: hoc
 enim existimo non uulgaris beneuo-
 lentie perillustre argumentū. Flagellat
 enim, ut in rectā uiam, à qua longè aber-
 rarunt, redeant: nam plerique omnes or-
 bis Principes, ut tu etiā optimè nosti,
 iam pridè à ueræ & perennis gloriæ re-
 cto cursu deflexerunt, ruuntque præcipi-
 tes in turpitudinem omnē, & sese infi-
 nitis commaculantes flagitijs, pessimo
 exemplo nos misellos, qui illos obser-
 uamus, & ab eorum nutu pendemus,
 perdunt. Non enim illi ruere possunt,
 quin nos eodem labefactati motu con-
 cidamus. A N. At hi nostri Cato-
 nes

nes, qui ueluti Athlantes coelum super
 cilijs sustinere se putant, nolunt ulla ra-
 tione obiurgari, respuunt alieno iudicio
 subesse, recusant aliena censura coërce-
 ri. Quo factum est, ut tam acerbū odiū
 aduersus Erasmus cōceperint, quod
 temerè postea in mortuū effudere: nā
 illo uiuo ne hiscere quidē (ut sunt abie-
 cto animo) audebāt. Plurima etiā astu-
 tē cōfinxerunt, quò tantæ innocentiae,
 tantæ modestiae, tātæq; uirtuti labē ali-
 quā aspergerent. Quid queris? infinita
 propè cōmenti sunt, ut eius, si dijs pla-
 cet, existimationē omnē labefactarent.
 Vide, amabo te, quō furoris peruene-
 rint, et in quantā miseri prolapsi sint de-
 mentiā: agnosce, q̄ nullo sunt pudore.
 Quid enim amplius fieret homini, qui
 deorū tēpla expilasset, qui inflāmasset,
 qui parētes necasset? O nimiū amētes,
 qui omni uī atq; impressione euertere
 conati estis hominem semper in laude
 uersatū, sine arrogantia grauē, & sine
 ulla segnitia uerecūdum, cuius eximie

uirtutes omnibus semper admirabiles
 extitere, omnesq; ad se amandum &
 colendum, monachis demptis, liben-
 ter pertraxere. Quid tu hîc narras, iu-
 cundissime Aniane? Quid taces?
 Quid cogitas? obmutuisti? AN.
 Ego mediusfidius, quum lenitatis &
 misericordiae partes libenter semper
 egerim, cohibere me nō possum, quin
 hæc audiens totus perhorrescam. AR.
 Horresco & ego referens, totusq; do-
 lore & indignatione debilitor. Certē
 mi Aniane, senem hunc si nouisses, &
 ipse te, maximè mehercules amoris con-
 spiratione cōsentientes fuissetis. Non
 enim illum amariorem ullo modo se-
 nectus effecerat, quin potius cū ma-
 ximè omnium moderatus esset, ualde
 tolerabilem agebat senectutem. Sub
 hæc, monitiones eius acerbitate, ob-
 iurgationes uerò omni contumelia ua-
 cabant. Erat etiam quod multo gra-
 tius nostris esse solet, sine ullo aculeo et
 maledictio tam facetus, ut omnium o-
 mnes

mnes facile posset solitudines uel al-
 leuare, uel omnino tollere. Nō erat, mi-
 hi crede, quemadmodum ceteri ætatis
 nostræ senes esse consueuerunt, nem-
 pe morosi, anxij, iracundi, impotenti
 animo, suspiciosi, difficiles, & ad rem
 sic attentij, ut allium cum sale seruis ob-
 signent. AN. Caue (precor) Arnol-
 de, ne plus ei tribuas ista tua feruenti
 oratione, quàm ipse uiuus pro sua mo-
 destia agnoscere, ac sustinere posset.
 Enimuero retulere mihi multi, adeò na-
 tura fuisse dura, implacabili, & iracun-
 da, ut uno uerbo facile bilis in nasum
 conciretur. Quod quiuis nullo etiam
 negotio ex suorum scriptorum lectio-
 ne facile deprehendat: nam sunt eius
 pagellæ, furoris, odij, dissidiorum, &
 contumeliarum plenæ. AR. Si quic-
 quam mentior Aniane, dic me bipedū
 omnifū nequissimum, dic uanissimum,
 ac ipsa etiam luce, qua nihil in uita sua-
 uius & amabilius duco, indignum.
 Etenim non desunt in uestra florente

Italia quæ plurimi cū pietate tū doctrina clari, à quibus de illius egregijs ornamētis ac raris animi dotibus, tuo quidē arbitrato certior fieri queas. A N. Ego sic religiosum tuū existimo testimoniū, ut ad illud aperto capite semper assurgā, nec ab alijs sine nephario scelere certiorē fieri me posse putē. Intellexi & ego pridē, cōplures esse de media nobilitate sic ei fauētes, ut nihil nō illius causa cuperēt: inter multos autē nominatim, honoris causa, Ludouicū Bonuisium, & Martinum Giliū appello, urbis Lucae splēndidos & ornatos ciues, qui nō modò toti sunt in Erasmi lectione, sed quod magis mirere, ad uerbū ediscunt, & ut Latine nescientes par quoq; teneat legēdi auiditas, nullis parcētes sumptibus, sed arce cōfidentes omni qua possunt cura, gratia, et diligētia procurāt, ut in Italicā linguā diuini ingenij præclara monumenta uertant. A R. Hos ego noui, multusq; mihi cū illis intercedit usus, sed scito et alios esse multos illustres uiros, qui

Erasmo

Erasmo ex animo faueant, Erasmi scri-
 pta legant, ac tanti, quanti par est, fa-
 ciant. Verum ne metu fortasse somnia
 re existimes, aliquot lubens recensebo.
 Fortunatum imprimis Martinegum,
 iuuenem clarissimarum artium amantis-
 simum, & morum suauitate ualde amabi-
 lem: Benedictum Agnellum, uirum specta-
 ta fide & uirtute: Paulum Mascranicum,
 Ambrosium Caballum, Cesium Secundum,
 homines plane bonos et doctos: Hiero-
 nymum Libanorum, magno uirum animo
 & excelso preeditum. AN. Et hi mihi pro-
 be cogniti sunt: dispeream, si quid est
 amabilius. Certum mihi Arnolde, nemo est
 qui neget non habitum in summo precio
 Erasmi: ut tecum tamen paulo familia-
 rius, quam fortasse deceat, agam, significabo
 que de multis intellecta, nuper in men-
 tem uenerunt. Quid hoc est, quod qui in Ita-
 lia doctiores numerant, Erasmi ode-
 rant potius quam amarant, scribendi characterem
 non probarant, & nescio quomodo illius
 genium reformidarent; Lazarus Bona-
 mus

micus, quē Minerua omnes artes edo-
 cuit, illius scripta non probabat: Iulius
 Camillus, uir bono iudicio, parui facie-
 bat: Romulus Amasæus ferè sperne-
 bat, tota Romana Academia oderat,
 Longolius irridebat, Budæus ne tanti
 quidē faciebat. A R. Mittamus hæc,
 quæso: non enim pertractari possunt
 citra multorū offensionem. A N. Re-
 ctè dicis. Perge igitur narrare, ut insti-
 tueras. A R. Pergo sanè. Quāta meus
 Erasmus uitæ rectitudine esset, qua ue
 pietate deos coleret, ex miraculis post
 eius obitum factis, licet apertè cuius in-
 telligere: nā cæcis multis multisq; sur-
 dis, & uidendi & audiendi uim sic pro-
 bè restituit, ut nullæ amplius morbi re-
 liquiæ, nullaq; uestigia apparuerint. Id
 testantur tabellæ plurimæ in ipso tem-
 plo suspensæ, & religiosorum homi-
 num testimonia plenissimè confirmāt.
 Verūm posteaquam me tam attentè et
 benignè audis, uiri cuiusdam sanctissi-
 mi, qui nō procul ab urbe solus annos
 plus

plus minus duodetriginta uixit, so-
 mniū siue uisum, bona tibi fide narra-
 bo. A N. Narra precor. A R. Cū
 ex uetere consuetudine antequam illu-
 cesceret, Deo opt. Max. toto animo
 supplicaret, dulcis quidam sopor, ut sa-
 pe fit, illum sensim inuasit, ac sensus o-
 mnes dulciter etiam colligauit. Tum ui-
 sa sunt intra breue temporis spatium
 aperta & patefacta omnia, quæ antea
 crassissima nube, dēssimocq; uelo ob-
 tecta fuerant: sicq; omni discussa ca-
 ligine, facile cum piorum, tum impio-
 rum sedes intueri potuit. Inter multa
 autem recordatione ualde iucunda,
 meum Erasmus conspexit, (quid in-
 quam meum, de cuius stirpe compluri-
 mæ nationes certant;) longa sanctorū
 corona circumdatum ad sublime tribu-
 nal euocari, ac noua martyrij palma do-
 natum, cœlestem triumphum renoua-
 re. Præibant beatissimæ illæ mentes,
 quas græco uocabulo Angelos uoca-
 mus, a quibus portabātur, quæ ab Era-
 smo

smo in diuinis literis scripta fuerant, &
 alternis uersibus magna animorū exul-
 tatione undiq; suauissimo concentu ac
 clamabant: *Viuat felix Erasmus, ac se-
 riò triumphet: Viuat perpetuò indytū
 istud nobilis & præpotētis Germaniæ
 decus, qui suis doctis cohortationibus
 tot ad Christum Iesum à religione no-
 stra alienos pertraxit, sanctorū nume-
 rum pulcherrimè auxit, Christi serua-
 toris æternum regnum amplificauit, re-
 pullulantem euangelij gloriam illustra-
 uit, & hæreticos homines totis uolumi-
 nibus sæpe cōscidit. Cū hæc autem
 attento animo intueretur, ad implorū
 locum, ut oculos suos flecteret, plāgor
 & lamentatio, quæ inde multa, magna
 ui erumpebat, effecit. Tum liquido q̄-
 plurimos exaudiuit diuum Erasmus
 magna uocis cōtentione rogare, ut in-
 iuriarum, quas illi stultè fecissent, obli-
 tus, suppetias actutum ferret, ardorē
 quo miserè torquebantur, cœlesti ro-
 re mitigaret, ac ne perpetuò furiarum
 tedis*

sedis ardentibus perterrerentur, sua gra-
 tia & autoritate, quæ infinita esse uide-
 batur, sedulo prouideret. Gestabant
 condemnati ueluti mitras quasdam, in
 quibus transuersus calamus, & proli-
 xa scriptura multis modis inuersa, mul-
 tisq; lituris intercisa uisebatur, indi-
 cium haud mehercule obscurum, quod
 aduersus Erasmus styli mucronem ali-
 quando exacuissent. AN. Potuit ne
 ullis indicijs deprehendere, aut ullis cõ-
 iecturis colligere, qui nã hi essent, qui
 tam malè illis in locis acciperentur?
 AR. Id certè sum ego semel atq; iterum
 cupidissime sciscitatus, & uix se depre-
 hendere potuisse affirmavit, cum non
 cõmuni omnes lingua, nec uno uesti-
 mentorum genere uterentur, quendã
 tamen audisse Germanica lingua lo-
 quentem probè meminuit. AN.
 Quis hic fuerit, facilè possem diuinare.
 AR. Fieri potest. AN. Atego ta-
 men eiusmodi homines in ea loca de-
 trudi ut crederem, non facilè poteram
 ani

animū meum inducere. Nam ad Ita-
 los multorum literis & nuntijs perlatū
 erat, hunc (si is est quem ego suspicor)
 multò plus alijs in aperiendo euange-
 lio, promouendaq; Christi gloria, Ger-
 manorum iudicio, & aluisse, & sudauis-
 se. A R. Nec ad uos falsa fortasse per-
 lata fuerunt: sed nosti tu, homo pru-
 dēs, illud ē sacris literis desumptū, Qui
 peccauerit in uno, factus est omnium
 reus. Pertulit quidem in amplificanda
 Euangelij gloria infinitos propè labo-
 res, uerū, ut liberius tecum agam, ne
 tantillum quidem prodesse potuerūt,
 postquam Erasmo iniuriam se exhi-
 buit, iustoq; & impudenti uolumine la-
 cessiuit. Aderāt qui Gallicana lingua,
 clara uoce conquererentur: non deerāt
 qui etiā Hispanicè præter ceteros mul-
 tis suspirijs, quibus illa natio abundat,
 lamentarentur: & ut tecum nihil disti-
 mulem aut obtegam, aderat qui uulga-
 tiore uestra lingua, magno gemitu ma-
 gnaq; lachrymarū effusione, eius fidē
 atq;

atq; auxilium imploraret. AN. Id tu
 miraris Arnolde? quasi et nostris homi
 nibus non liceat eorum arbitrio insani
 re. AR. Ego monachum aliquem
 mecum ipse rebar. Sed comonefecit
 ille tandem uirū fuisse splendido apud
 suos loco natū, per illustri & celebri fa
 milia, qui apud purpuratos patres cla
 ri nominis fuerat, et qui legatus in Gal
 lia diē obierat, in eiusq; mitra prolixio
 rem q̄ in alijs scripturam apparere ui
 sam, quod longiori uolumine Erasmi
 cōscidisset. Ego tum, ut uerum fatear,
 multorū uicem dolens, & miserabilem
 ruinā iam animo meo intuens, magnā
 lachrymarū uim profudi. Sicq; mecū
 totus gemebundus cœpi cogitare, O si
 tam duriter afflicti sunt, quicunque
 Erasmo infensiores fuere, quid fiet Lu
 lio Cæsari Scaligero, quo nemo do
 ctius in illum insaniuit? Quid Step
 hano Doletto homini Gallo, à quo tā acer
 bē diuexatus, tantisq; contumelijs one
 ratus? Certè mi Dolete, non poteris te

C

aduer.

aduersus candentes carbones tuis scri-
 ptis Xenophonteo melle illitis tueri.
 Quam præstasset ingenij tui vires, elo-
 quentiâq; tuâ, quæ diuina tibi cõtigit,
 alijs in sumere studijs, nõ ijs quidẽ, quæ
 tibi nimium male uertent. O q̄ indignis
 modis tractabitur Tufanus. Quæ ue-
 rò edentur exempla in Stephanum Pi-
 sciensem, in Senesium Sepuluellam, et
 in Stollidum illum Stunicam? Quæ du-
 ra supplicia sumentur de Hispaniæ mo-
 nachis, & de Lutetiæ Theologis? Quid
 de Butzero, cæterisq; Argentorati
 Theologis? meo quidem iudicio,
 nihil illis proderit Christiana illa pie-
 tas, quam tot spargunt uoluminibus.
 Ut malè accipient (si non me fallit ani-
 mus) M. Lutherum: q̄ asperè flagella-
 bĩ P. Cursius: asperius multo nescio
 quis è Sabinis nuper profectus, relicto
 aratro, qui se floridum inscribit, cū mi-
 nimè floreat. Sed fortasse atra bilis, qua
 uexatur, illum excusabit, aut imperi-
 tia purgabit, Sed tu Merula iucundis-
 sime,

33
sime, quæ tū abibis in loca: ubi nā desit
tesces: quo te clypeo defendes aduer-
sus aduentātes procellas: Lufisti tu bel-
lum quidem Erasmianū, quā uerò
parum bellè lufaris, tum demum intel-
liges, cū senties infortunium. O te
infelicem, quis tibi hoc suasilit: Quis te
in hanc mentem impulit: miseret pro-
fectò tantæ cladis, tantæq; impenden-
tis ruinae tædet. Sed utinam uel cor-
pusculi mei obiectu tot claros homines
tueri, ac uim omnem in me excipere li-
ceret, nihil enim facerem libentius. Do-
leo itaq; horum hominum uicem, tum
quòd eorū aliquot omni doctrinae ge-
nere exculti sint, tum quòd uolūtate &
sententijs dudū cōiunctissimi mihi fue-
rint. Sed me tamen Erasmi interitus,
quē utinā meo interitu anteuertissem,
multò magis adfligit: in eo em̄ omnes
uirtutes coniunctas magna animi mei
uoluptate sæpe contēplabar. AN. Ne la-
chryma, siquidem uereor ne te ipsum
fallas, atque beneuolentia præcurrerit

> Iudiciū: nam si tu melius introspicias,
 > intelliges non eo loco habendum esse
 > Erasmus, quo tu hactenus habuisti.
 > Vir enim fuit, ut à multis fide dignis
 > accepi, male mētis, malicq; animi: quod
 > mihī profectō uerisimile satis esse uide-
 > tur, cum sit ex condemnato concubitu
natus. AR. Toto cœlo mehercules
 errant, quicunq; talia existimant. Itaq;
 ferreus profectō sim, nisi tam insigne
 damnum perpetuo mihi legendū esse
 statuam. O si scires, quā funesta reli-
 cta sit Germania, doleres tantam eue-
 nisse acerbiter: tanti enim erat apud
 Germanos Erasmus, ut mortem eius
 nō luctu publico solū, sed monumētis
 prudenter honorandā existimauerint.
 AN. Sanè miror, quòd sic Erasmus
 mortuū doleas, quasi nullum alium ha-
 beat Germania, uel aliàs non habuerit
 Erasmo multo doctiorem. Scio multos
 in Gallia, qui illum inter semilatinos
 scriptores numerent, quòd nullum uer-
 borum delectum habeat, quòd rarò as-
 surgat,

surgat, quòd cū de serijs loquit̃ rebus,
 nō seueritatē (ut par esset) adhibeat, sed
 facetias: cum uerò de iocosis agit, graui-
 tatem admisceat, neq; se continere pos-
 sit, quin aliquid mimici aut scurrilis io-
 ci suis scriplis semper immisceat. Tulit
 tamen, nō diu est, Germania duos insi-
 gnes uiros, Rodolphum Agricolā, &
 Reudlinū Capnionem, homines pro-
 fectò summa prudentia, multa doctri-
 na, ac plurimo rerū usu instructos. Ea-
 dem habet nunc Fabritiū Capitonem,
 sapientem uirū, et multa sanctitate præ-
 ditum: habet Megandrum, Myconiū,
 Strathium, Pellicanū, Bibliādrum, ho-
 mines suauissimos atque doctissimos:
 alit præter hos Simonē Grinaum, Io.
 Senapium, Io. Lucretium, & Amerba-
 chium, homines in omni iudicio elegā-
 tissimos: habet Iuliū Phluch, cuius ora-
 tione nihil fingi potest purius: habet
 Venatoriū, Hegendorphinū, Coman-
 drū, & Io. Phrisiū, summa uirtute sum-
 maq; prudētia ornatos: habet infinitos

propemodum, sed te in primis Arnol-
 de Arleni, peraxylorū decus et lumen,
 qui si tam feliciter, ut cœpisti, iuris pru-
 dentiā eloquētiā, ueluti ancillulā & pe-
 dissequā cōiungere p̄seueres, & defun-
 cti Erasmi, & aliorū cōplurium floren-
 tem gloriā, si nō extingues, certē bona
 ex parte obscurabis. AR. Caue sis Ania-
 ne, ne beneuolētia, qua me prosequeris,
 te decipiat: at tu tamen magnum do-
 lori, quem acerbissimū hauseram, adiu-
 mentū attulisti: Nunc me tibi, ut antea,
 sic obstrictum fateor, ut obstrictior esse
 nō possim. A N. Nihil mihi prorsus de-
 bes, at ego tamen non hortatione aut
 p̄ceptis ullis, sed precibus tecū plusq̄
 fraternis agam, tecq̄ magnopere roga-
 bo, ne uiri huius mortē posthac tam do-
 lenter fleas, ijsq̄ ex animo condones,
 qui aliquando uel infensi fuerint, uel
 ullo modo esse cogitarint. AR. Dabi-
 tur à me tuo quidē suāsu diligenter ope-
 ra, ut, quoad fieri possit, et acceptæ con-
 tumeliā immemor fiā, & iam meditate
 in

in animo ultionis obliuiscar: amice ta-
 men te quoq; admonebo, ne quid tibi
 sit cū Germaniæ monachis negotij, ho-
 rum domesticā uites consuetudinem,
 teterrimos auerseris mores, & inania
 colloquia fugias. Etenim uereor, ne ex
 eorū summa indignitate turpis aliqua
 labes dignitati tuæ, quæ admirabilis es-
 se uidetur, quomodo aspergatur. AN.
 Nolis quæso in monachos tātopere sto-
 machari, ut facis, qui etsi pleriq; omnes
 à pristino uite instituto descuerint, nō
 sunt tamen usq; adeò contēnendi, ac si
 omnino degenerassent. Viriles enim
 igniculos interdū iaciunt, è quibus ma-
 gna aliquādo erūpet uirtutis flāma, ni-
 si quid obstet, quod dii tamē auertāt. Ve-
 stros quidem monachos nō noui ego,
 neq; quicq; mihi cum illis cōmerciū fuit.
 multus tamē cū ijs, q; in Italia à solitudi-
 ne nomē induere, usus fuit, certoq; cō-
 peri ex omnib. ferme monachorū sōda-
 litatib. nō sine diuino quōdam numine re-
 licitos esse quā plurimos, q; uerę et syncerę
 C 4 religio

religionis maiestatem penè extinctam
 in lucem aliquando reuocent, tantæq;
 probitatis opinionem de se concitent,
 ut nemo tam ieiuno & angusto animo
 sit, qui uel oderit, uel unquã male prece-
 tur. Cogunt me nunc præclara quorũ,
 dam hominum merita nõnullos recen-
 sere, qui monumẽta maiorum sapien-
 tiæ, quã sceleris uestigia sectari malint.
 Hos ego certè omni laude dignos in-
 primis noui Basiliũ & Chrysostomũ,
 Zanchos animo & natura fratres, duo
 clarissima Orobiorum lumina: præter
 hos Io. Philippum Giliũ, & Trãquil-
 lum Gipponẽ ex eorũ grege, qui à sco-
 pis nomẽ acceperunt, quibus omnia sup-
 petunt, quæ cõsequi usu, ingenio, & di-
 ligentiã possint. His adde Gregorium
 Cortesiũ, Isidorum Clariũ, Honoratũ
 Fascitellũ, & Marcũ Gropellum, homi-
 nes nõ minus profectò bonos, q̃ in o-
 mni doctrinæ genere pereruditos. Vi-
 suntur & apud Cartusianos q̃ plurimi
 cũ studiorum tum uitæ rectitudine in-
 gnes,

gnes, quorum nomina, ne prolixus nimium esse uidear, prudens ac uolens reticeo. Itaq; intelligis Arnolde, q̄ multi sint apud nos monachi, quorum pietas efficere potest, ut multorū indignitatē æquiore feramus animo. Quid si nunc ex Eremitanis etiā aliquot tibi proferā, uirtutis magistros, & acutissimos naturę interpretes? Placet aut̄ à Hieronymo Seripādo totius ordinis magistro auspicari, cuius elegans ingenium ac raram eloquentiā ita sæpe sum admiratus, ut etiā uehementer extimescerē. At quid ego tibi narrem de Iulio Quercete, iuue-
ne cūm probo tum docto, & oratore tā perfecto, ut nullam rem unquā defenderit, quam nō probarit: nullam oppugnarit, quā mox nō euerterit? Quid de Augustino Mainardo, Thoma Carpaneto, & Aegidio Vānimio dicam? Quam multa succurrunt omnium annalibus digna. Alit etiā Franciscanū collegium multos bene institutos, castos, & pudentes homines, qui mehercule

faciunt, ut quoscunq; nebulones impuros & perditos libenter perferamus.

Quare desine iam, obsecro refecroq;, mellitissime Arnolde, monachis non modò nullum amplius obiectare probrum, sed eorum potius illa tua oratione, quæ nectare longè suauior fluit, illustra laudem: neq; dubites, quin aliquando me monitore, licet parum disertò, è uitijs ac probris emergât adeò, ut nulla amplius pernicies à monstris & prodigijs illis nostris cõparetur animis: sed multo longius quàm uolebam progressum esse me sentio. Cœnā Libanio condixi, & cœnāndi hora iam appetit, clamitant sodales, atq; illam corrumpi tot nuncijs, qui me accersunt, non obscure significant. Tu bene uale, nisi nobiscum cœnare uelis, ac Deum optimum maximum roga, efficiat, ut nos ijsdem insistentes uestigijs, eademq; uia, qua bonus Erasmus, incedentes ad eum rectā perueniamus.

A. R. Fiet, quantū quidem in me erit:
nihil

91
FVNVS.

nihil enim tam uehementer cupio, quã
ut tibi homini mei cupidissimo mos ge
ratur. Rurfus uale, & me, quod fa
cis, ama.

FINIS.

B A S I L E A E.

Mense AVGVSTO,

M. D. XL.

[Balthasar Lascius]

ANNA

In the name of the Lord Amen
I hereby certify that the
within is a true and correct
copy of the original as
the same is now in my
possession.

1785

B A S I L E A D

Printed and Sold by
M. D. X.

M. D. X.